



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XI. Das Domstift zu Brandenburg überträgt dem Domherrn Markward Krummensee das Pfarramt zu Mittenwalde, am 7. Juni 1392.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

X. Der Bischof Dieterich von Brandenburg bestimmt die Einkünfte aus der Kirche zu Mittenwalde zur Reparatur der Domkirche in Brandenburg, am 25. Mai 1377.

In nomine domini Amen. Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, ad perpetuam rei memoriam. Cum fabrica seu structura nostre ecclesie Brandenburgensis nimium est collapsa et ruinosa, indigens reparatione et reformatione, ad que ipsius redditus et proventus non sufficiunt, ad ejus igitur reparationem, reformationem et pro tempore meliorem conservationem, habita cum fratribus nostris, preposito, canonicis ecclesie Brandenburg. diligenti deliberatione premissaque communi et sollempni tractatu, ecclesiam parrochiam in Myddenwolde, nostre diocesis, ex justo, vero et legitimo titulo ante centum quinquaginta annos et per tanta tempora, cujus contrarium in memoria hominum non existit, ad dictos prepositum, canonicos et capitulum rite et legitime pertinentem, ut evidenter comperimus, eidem fabrice seu structure, attenta ipsius pregrandi necessitate, de expresso consensu nostri capituli, unimus et annectimus, volentes et concedentes, quod predicta ecclesia cum omnibus juribus et pertinentiis suis de cetero perpetuis temporibus ad dictam fabricam seu structuram pleno jure tam in spiritualibus quam temporalibus debeat pertinere, per dicte fabrice seu structure magistrum seu ejus vicarium de consensu et consilio ejusdem prepositi et capituli regendam, disponendam et gubernandam. Ad perpetuam hujus rei memoriam ac evidens testimonium presentes litteras nostri sigilli fecimus appensione communiri. Et nos, Hentzo, prepositus et capitulum Brandenburg. ad premissa matura deliberatione et tractatu communi et sollempni prehabitis, consensum nostrum adhibuimus et presentibus adhibemus, In cujus signum presentes litteras sigillorum nostrorum una cum prefati domini nostri episcopi sigillo appensione roborantes. Actum et datum in urbe Brandenburg loco capitulari nostre ecclesie Brandenburg. anno domini M^o. CCC^{mo}. septuagesimo septimo, die beati Urbani pape et martiris.

Nach dem Original des Brandenburger Dom-Archives aus Hestter's Abschrift.

XI. Das Domstift zu Brandenburg überträgt dem Domherrn Markward Krummensee das Pfarramt zu Mittenwalde, am 7. Juni 1392.

In nomine domini Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo nonagesimo secundo, Indictione XV, mensis Junii die VII, hora quasi vesperarum, Pontific. sanctissimi in Christo patris et domini, domini Bonifacii divina providentia pape noni anno eius tertio in mei notarii publici subscripti et testium infra scriptorum presentia honorabiles viri Hentzo de Gherkftorp prepositus, Johannes Mukum prior et Capitulum ecclesie Brandenburgensis in domino capitulariter juxta ambitum ejusdem ecclesie more Capitulari solito congregati pro infra scriptis tractandis et implendis tractatibus et sollempnitatibus jure debitis et consuetis habitis rite et servatis, ad ecclesiam parrochiam in opido Middenwalde, Brandenburgensis diocesis, ad curam populi et ipsius regimen, religiosum virum Markwardum Crummente presbiterum, eorum concanonicum, perpetuum vicarium Instituerunt sibi que vicariam dicte ecclesie contulerunt, ac certos duntaxat ejusdem ecclesie redditus videlicet siliginem modialem intra opidum et extra denarios Crismales foris opidi, Tres

manfos in campis Middenwalde, redditus ecclesie sancte Katherine virginis et offertorium earundem ecclesiarum, sibi pro sua et suorum ministrorum congrua assignaverunt sustentatione, residuum quorumcunque fructuum, reddituum, proventuum et obventionum dicte ecclesie tam ex spiritualibus quam temporalibus ejusdem ecclesie provenientium, per ipsos percipiendum et in eorum proprios usus convertendum eis reservaverunt, ac mandaverunt discretis Conrado Loffow presbitero dicte Diocesis, ut dictum Markewardum Crummenfe eorum Concanonicum auctoritate et vigore huiusmodi institutionis in possessionem ipsius vel quasi, videlicet ad curam populi dicte ecclesie duceret corporalem. Acta sunt hec anno, Indictione, mense, die, hora, pontificatu et loco, quibus supra, presentibus discretis viris Nicolaus Doberitz Clerico, Arnoldo Litzo Layco dicte diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Paulus Rosendal, clericus Brandeburgensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius etc.

Aus einem Brandenburger Copialbuche.

XII. Dechant und Kämmerer der Kalandsgilde in Mittenwalde befunden, welche Abgabe jährlich die Altaristen und Kalandsbrüder an das Domcapitel in Brandenburg zu entrichten haben, am 4. Mai 1394.

Nicolaus Lubberti, decanus, et Johannes Cuntzen ac Petrus de Schenkendorp, camerarii, nec non alii fratres calendarum in Middenwolde, Brandenburg. diocesis, pro nobis et successoribus nostris, recognoscimus in his scriptis, quod deliberatione et tractatu habitis, uniformiter concordavimus, quod altarista altaris, siti et fundati in ecclesia parochiali in Middenwolde, in honore gloriosi corporis et sanguinis Jesu Christi nec non beatorum apostolorum Bartholomei ac Mathei consecrati, qui pro tempore fuerit, dare debebit annuatim in festo Pasche capitulo Brandeburgensi quindecim latos grossos usuales dativos et nos predicti fratres calendarum ac altarista et nostri successores dare debebunt tertiam partem eidem capitulo de testamentis et quibusvis donationibus, quocumque locorum nobis ac fraternitati et calende nec non altariste predictis assignatis et donatis quolibet modo. In hujus rei testimonium etc. Datum et actum Middenwolde, anno domini M. CCC. XCIII. feria secunda post dominicam, qua cantatur Misericordia domini.

Aus einem Brandenburger Copialbuche.

XIII. Markgraf Jobst befiehlt den Rathleuten zu Brandenburg, Berlin, Cöln, Frankfurt, Treuenbriegen, Belitz und Mittenwalde, dahin zu wirken, daß die Städte Treuenbriegen, Belitz und Mittenwalde dem Markgrafen Wilhelm von Meissen den Huldigungseid leisten, am 9. Februar 1394.

Jobst, von Gottes Gnaden Marggraff und Herr zu Mehren. Lieben getreuen, alz wir vormalcz unsern Stedten Brytzen, Belitz und Middenwalde unsern Lieben getrewen geschrie-